UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Testamentaria tutela.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

contrahere cum eorum matre: vel ꝙ poſſit legitimare nõ obſtante d. §. ſit igitur licentia. vt tradit pulchre Cepo. cautel. ccxxiij. habens filios. Item ad hoc vt per ſubſequens matrimoniũ filij legitimentur requiritur qđ illa concubina ſit digna matrimonio illius viri: alias ſecus. vt probat tex. ꝛ ibi no. Ang. in d. §. ſit igitur licentia, ita vult Bal. in d. c. allud. ꝛ Cepol. cautel. ccl. ꝛ cclj.

LEX XI.

a **Nuper legem.** [a] Per ſequens matrimonium liberi nati ex cõcubina legitimantur, etiã ſi alij poſtea procreentur, ꝛ tempus natiuitatis, vel conceptionis inſpicitur, prout filio vtilis reperitur. hoc dicit, iſta bona lex.

ADDITIO

a ALEX. ¶ Nuper legem. Et vide hic Cyn. an exiſtens in articulo mortis poſſit contrahere matrimoniũ: ꝛ tenet qđ ſic quo ad legitimandũ filios, ſi autem filios nõ haberet non teneret matrimoniũ. Pro quo videtur tex. in l. Iulianus. §. alle. ꝛ Adde Ang. cõſi. alle. Bal. conſi. ccxxviij. iiij. lib. Et adde Bald. in c. naturales. ſi de feu. fue. contr. vbi dicit ꝙ ſi qs accepit concubinam in vxorem in articulo mortis ſciens ſe euadere non poſſe, tenet matrimonium. Naz hoc eſt bonum prolis ex eo, quia legitimatus habetur loco poſthumi, vt in regula ſiue culpa, in mercu. in vj. Adde Barto. ꝛ Imo. in l. cum tale. §. Meuius de condi. ꝛ demonſtration. per Bald. ꝛ Imol. in l. ſi quis poſthumos, in fin. princip. de liberis ꝛ poſthumis, ꝛ Bald. in rub. C. de priui. do. verſicu. conſueuit queri. de fideicom. Imol. in l. Gallus. in prin. de libe. ꝛ poſthu. per Io. And. in c. tanta. qui fil. ſint legiti.

AVTHENT.

a **Item ſine.** [a] Ho. hunc modum legitimandi, idem ſi ſint legitimi, vt tenet Ia. de Bel. in corpo. vnde ſumitur. Tu dic contrarium qđ
b legitimatio exiſtentibus legitimis [b] non prodeſt niſi in duobus caſibus, ſcilicet quando fit per oblationem curie, ꝛ p matrimonium, vt in aut. quibus modis natu. effic. ſui. §. generaliter.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Item ſine. Qualiter intelligatur plene per Bar. in diſpu. xj. inci. habeo filiam naturalem. ꝛ in conſi. cxx. inci. verucius coraducius in j. vol. recitat Bal. in l. ij. que res ven. nõ poſ. ꝛ Ang. in §. j. in aut. vt lic. matri, ꝛ auie. P. PAV. P. ¶ Item ſine. Circa materiam huius aut. vide omnino Bar. in xj. q. inci. habeo filiam naturalem. item quod non procedat in matre tenet Ang. hic Crem. ſing. clxv. Item de intellectu huius aut. vide Ang. in l. ſepe. ff. de reg. iur. vide oĩno Mod. in l. neqꝫ profeſſio. C. de teſt. late Pau. de ca. cõſi. lxxxv. vide Ang. conſi. xvij. inci. Comes Brandusius circa fi. vide late Cep. cau. clxx. vide Iaſ. latiſſime duob. mod. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. ꝛ de iure canonico non poteſt locum habere hec aut. ſecundum Bar. in d. conſi. cxx. ad fi.

POMA. ¶ Item ſine. Ad iſtã aut. vide Bal. in l. ij. verſ. nono op. in quib. res. Uide Inno. in c. cũ innotuit. de elec. ꝛ que requirantur ad hoc vt procedat diſpoſitio huius aut. vide d. Fran. Cur. in l. neqꝫ profeſſio. j. de teſt. ꝛ vide Alex. conſi. pe. vol. v. ꝛ Bar. conſ. lxx. ꝛ Ale. conſ. xciiij.

b ALEX. ¶ Legitimis. Uide Bal. in aut. preterea. §. eod.

AVTHENT.

a **Si quis liberos.** [a] * Hanc aut. allegaui tibi in l. Gallus. §. forſitan. ff. de lib. ꝛ poſt. Nunquid legitimatio poſſit fieri per procuratorem, hic videtur caſus quod ſic, quod no. perpetuo.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Si quis liberos. Uide quot requirantur ad hoc, vt locum habeat, Ang. conſi. xvij.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Si quis. Inquantũ hec authẽ. dicit qđ pater nominando vnum ex filijs natis ex cõcubina, filium ſine adiectione naturalem, videtur etiam legitimare alios: idẽ eſſet ſi ſententia lata eſſet pro vno ex ipſis filijs, ſecundũ gl. in l. ij. j. quib. res iudic. nõ noc. de quo vide Alex. in l. ſepe. ff. de re iudic. vbi ponit remiſſiue de intellectu huius auth. ꝛ adde ea que dicit Cepo. cclj. in cip. legitimatio fieri poteſt. ꝛ per Bal. in l. Gallus. in fin. prin. ff. de lib. ꝛ poſthu. ꝛ in c. innotuit. de elect.

LEX XII.

a **Quidam.** [a] Appellatio filij ſub certa qualitate nõ porrigitur ad nepotes, in quibus illa qualitas non reperitur. h. d. Gl. format vnam q. ꝛ vide eã, ꝛ vide reſponſionem in fin. do. Rof. diſputauit hanc q. ꝛ tenuit contra. Spec. ponit in tit. de ſuc. ab inte. Ego determinaui iſtam queſt. ſecundum determinationem gl. in l. Gallus. §. quid ſi is. de lib. ꝛ poſthu. ꝛ fuit anno in caſtro Gualdi. ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quidã. Iſta lex hodie manet incorrecta vt in aut. quibus mod. nat. effi. ſui. §. de nepotibus. vide tamen ibi gl. ꝛ Dyn. in tract. de ſucceſ. ab inteſt. ꝛ plenius per Matheſi. in ſuo tract. de ſucceſ. ab inteſt.

P. PAV. P. ¶ Quidam. De materia huius ſingularis legis, vide late Alexan. conſil. cccclj. vbi etiam ponit quid in nepote, ꝛ filio deportato ꝛ heretico, ꝛ ibi etiam dicit quod frater ſpurius poteſt ſuccedere fratri, etiam ex diſpoſitione patris. Et ibi etiam ad finem ponit quod tales naturales, ꝛ ſpurij non poſſint preſcribere. Nunquid autem iſta lex dicens nepotem legitimum ex filio naturali poſſe inſtitui, habeat locũ in nepote ex filio ſpurio, vide Bar. concludentem quod ſic, in conſi. cxv. iij. li. incip. odducius corneti. j. vol. ꝛ quod non ſuccedant ab inteſtato nepotes legitimi ex filio ſpurio, etiam matri, vide Alex. conſi. clxxiiij. vol. v. Item an auus mortuo filio naturali, ſi deſponſet concubinam legitimentur quo ad ipſum auum nepotes prius nati ex filio, vide not. Alexan. in l. Gallus. §. ſi eius. de lib. ꝛ poſthu.

De teſtamentaria tutela. Rubr. XXVIII.

LEX I.

1 ☞ Actio pro tutore quod concurrat cum actione negotiorum geſtorum vtili.
3 An vna tutela poſſit cum alia concurrere, ꝛ cum qua.
5 Si aliquis ex tutoribus teſtamentarijs, vel legitimis remouetur, an ſit locus datiuo, vel ſequenti legitimo.
7 Tutor ſub conditione datur a teſtatore, ꝛ non a iudice.
8 Exiſtentia ſui heredis confirmat teſtamentum, quantum ad actionem tutele.

Quem dicis. Breuiter dicit, Tutor non legitime datus, ſi non adminiſtrat non tenetur, ſi vero adminiſtrat tenetur actiõe neg. geſt. h. d. Habetis hic duas gl. Una eſt gl. antiqua ſuper verſi. ſponte. que incipit ſciens ſe non teneri. Alia eſt gl. noua ſuper prin. l. que incip. poteſt queri hic, iſte gl. dicunt multa, ꝛ in glo. antiquam. Et
1 oppo. videtur † quod teneatur gerens actione pro tutore, vt ff. de eo qui pro tu. l. j. §. deinde alias pe. dicit gl. hic ſciebat ſe non teneri, ibi putabat ſe tutorem. Alij vt Cy. dicunt quod actio pro tutore concurrit cum vtili neg. geſt. quam opi. tenent Moderni, licet gl. hic dicat contra. per l. de pecori. §. ad l. Aqui. ꝛ l. ſi cum exce. §. eum. ff. quod me. cauſa l. qui bona. §. ſi quis opus de damn. inf.
2 ¶ Quero quotuplex eſt tutela. Dicit glo. † quod triplex ꝛ ita per ordinem hic ponuntur tituli. Poſſes addere tutelam anomalam,
3 de qua videbitis in aut. matri, ꝛ auie. j. quando muli. ¶ † Quero vtrum tutela vna poſſit cum alia concurrere? Dicit gl. quod teſtamentaria, ꝛ datiua poſſunt ſimul concurrere, legitima nunquam cum teſtamentaria, neque legitima cum datiua. Et vide gl. certe imo quandoqꝫ legitima poteſt concurrere cum datiua eadem ratione qua teſtamentaria. Facit ff. de legi. tut. l. iij. §. qui poteſt.
4 ¶ † Quero que eſt ratio quare teſtamentaria concurrit cum datiua, ꝛ non cum legitima? Reſpond. tutele deferuntur ſecundum quod hereditas, vt Inſt. de legi. agna. ſucceſ. ꝛ ff. de leg. tut. l. j. Sed donec eſt locus ſucceſſioni teſtamentarie, ceſſat legitima, vt l. quãdiu. de acquir. hered. de regu. iur. l. quandiu. ꝛ communia de ſuc. l. antequam. Sed ſucceſſio datiua, vt ita loquar, poteſt concurrere cũ teſtamentaria, nam pretor dat bonor. poſſeſ. ſecundũ tab. pendẽte conditione inſtitutionis, vt l. ij. §. ſi ſub cõditione. ff. de bon. poſ.
5 ſecundũ tab. ¶ † Quero qñ aliquis ex teſtamẽtarijs, vel legitimis,
a remouet᷑, [a] vel excuſat᷑, vtrũ ſit locus datiuo, vel ſequẽti legitimo. Gl. diſtinguit ſic, aut remouet᷑ morte, aut remouetur tanꝙ ſuſpe-
b ctus, dic vt in gl. ¶ Quero que eſt ratio [b] huius, glo. noua circa fi. ſui dicit, ꝙ qñ excuſatur vel remouetur vt ſuſpectus, remanẽt reliquie. Dicit gl. ſecus qñ decedit vide gl. Iſtã rationẽ cõmuniter tenent oẽs doc. ꝛ Dy. ſequitur in l. ſi quis ſub cõditione. ff. e. Que ratio mihi nõ placet, qꝛ nihil eſt dicere, que eñ reliquie remanent, ſi aliquis eſt remotus, vel excuſatus, cũ omnino ſecundũ cõmunem cõſenſum deſinat eſſe tutor non video. Ratio ergo eſt iſta, qñ aliquis remouetur iudice hoc agente, vel cogitante principaliter vt eũ remouet ſuccedet datiuus: qꝛ iudex videtur eũ remouere, vt a-
c lium ipſe det, ſed qñ remouetur morte [c] vel alio caſu, iudice hoc nõ agente, vel nõ cogitante vt eũ remoueret, ſuccedit legitimus. Illud dicit tex. in l. ſi quis ſub cõditione. ff. eo. Et ſimile obſeruãt Ca-
6 noniſte, † qñ eccleſia vacat in curia, nõ ſuccedit in collatione Epiſcopus qui eſt legitimus, ſed remanet apud Papã, qꝛ vacabat in curia, ſed qñ aliter vacat, ſuccedit Epiſcopus. Uenio ad gl. nouã.
7 ¶ † Querit gl. quare tutor a iudice nõ poteſt dari ſub conditione, a teſtatore ſic. Gl. ponit plures rationes. Iſta eſt vera, qꝛ quando teſtator dat ſub conditione, remanet iudex qui põt prouidere pupillo cõditione pendente. Sed ſi iudex daret ſub conditione non eſſet alius qui prouideret, vnde lex vult quod ipſe iudex puideat

incontinenti. ¶ Secundo format gl. vnam queſtionem ex qua reſultat indiſſolubile. Tutor eſt datus filio in teſtamento, vtrum facto inuentario ante aditam hereditatem poſſit adminiſtrare? Et oſtenditur quod non, qꝛ videtur perplexitas, vt in glo. Gl. dat duo remedia contra hanc perplexitatem. Dic vt in ea. Ueritas eſt iſta,
8 † qꝛ exiſtentia ſui heredis confirmat teſtamentum, quantum ad dationem tutele, ideo qꝛ pupillo eſt vtile quod habeat tutorem, ⁊ dixi tibi in l. j. §. ſi vt ſe ab hered. abſti. ¶ Querit gl. an tutor datus in teſtamento ſi confirmetur dicatur teſtamentarius vel datiuus, ⁊ an datus in teſtamento minus perfecto valeat inter liberos? dicam. j. titul. j. l. ij.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Remouetur. Et vide plene in l. ſi ſub conditione. ff. eo.
b ALEX. ¶ Eſt ratio. Sed Bal. hic tenet contra Bar.
c ¶ Morte. Uide Ang. conſ. xcvij.

LEX II.

ET ſi a patre. In his que eodem tempore confirmantur ſi poſſunt ſimul concurrere compoſitionis ordo non inſpicitur. Tene menti hanc legem perpetuo, qꝛ hoc anno habui de facto. ¶ Op. facien-
a do ſecundum procuratorem reuocatur [a] primus, vt l. ſi quis cum procur. §. fi. de procur. Solue vt in gl. hic nota licet diuerſo tempore dentur, eodem tamen tempore confirmantur, ibi ſtatim cum datur recipit ſuam confirmationem, quod facit ad queſt. de duobus ſtatutis contrarijs in eodem volumine repertis, eodem tempore confirmatis. De quo hic per Cyn. ⁊ ego in l. omnes populi. de iuſti. ⁊ iure.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Reuocatur. Adde quod no. in l. ſi hereditas. §. in tutelis. ff. eo. ⁊ in l. fin. ff. eod.

LEX III

SI tutores. Licet vnus ex pupillis ad etatē adultam peruenerit, alterius tutela non finitur. hoc dicit.

De confirmando tutore. Rubr. XXIX.

LEX I.

TEſtamento. Tutor datus a matre non habet neceſſe ſe excuſare, niſi confirmetur. hoc dicit.

ADDITIO.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Tutor. Uide ad intellectū ⁊ limitationē huius l. ⁊ l. mater. §. tit. j. Roma. conſi. clxxviij. in princ.

LEX II.

2 ☞ Tutoris datio in teſtamento nullo, an valeat.
3 Tutor teſtamentarius confirmatus, an ſit datiuus, vel teſtamentarius.

NEque per epiſtolam. Tutor non poteſt dari a patre in voluntate imperfecta, ſed datus debet legitime con-
1 firmari. h. d. ¶ In hac lege veniunt querenda duo. † Primo an hec lex ſit correcta per l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. j. de teſta. Gl. hic videtur velle ꝙ ſic, quam vide. Idem videtur tenere gl. ſupra tit. j. l. j. in gl. noua, quam vide. Gl. etiam tangit in d. §. ex im-
2 perfecto. ⁊ ff. eo. l. qui a patre. † Iſtam opi. teneo quod non valeat datio, qꝛ priuilegiū datum filijs non debet retorqueri in alterius preiudiciū, vt l. impuberi. ff. de admi. tuto. Sed ſi teſtamentum eſſet nullum, nō valeret tutoris datio. Hoc verum, niſi teſtamentum eſſet nullum ex cauſa preteritionis, qꝛ tunc indubitanter valeret datio tutele, per aut. ex cauſa. de lib. prete. ⁊ in corpore vnde ſumi-
3 tur. expreſſe dicitur. ¶ † Secūdo quero, [a] an ille vel iſte ſic cōfirma-
a tus tutor ſit datiuus vel teſtamentarius. Gl. dicit eum datiuum, ⁊ ſecundum hoc dicit, legitimum preferendum, vide gl. Dy. ponit iſtam queſtionem in l. ij. ff. eo. Et dicit eum eſſe datiuum, ſed habere vires teſtamentarij. Marti. Silimanus diſputauit iſtam queſtionem, ⁊ determinauit eum eſſe teſtamentarium, ⁊ preferendum legitimo ⁊ datiuo. Et ratio magis vera quam facit, fuit ex ordine titulorū, qꝛ primo Imperator ſeu iuriſconſultus premittit de teſtamentaria tutela, ⁊ poſtea de confirmando tutore, qui precedit datiuum, ⁊ poſtea de datiuo.*

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Secundo quero. Adde Gul. Bal. in rubr. ff. de eo, per quem fa. erit. ⁊ adde gl. ⁊ Bal. in l. ij. ff. de teſt. tut. Stra. Et vide tu Alex. in conſil. cxl. in j. vol. vbi dicit opp. Bar. hic communem.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Et poſtea de datiuo. Iſta opinio eſt communis vt refert Alex. conſi. cxl. vol. j.

LEX III.

SI vt proponis. Antequam tutor inutiliter datus confirmetur, ſi alius detur a iudice valet. hoc dicit.

LEX IIII.

a **NAturalibus.** [a] Pater non poteſt dare tutorem filijs naturalibus, ſed datus a iudice confirmabitur. h. d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Naturalibus. Et hanc l. not. Bald. in l. fi. in princ. ff. fam. erciſc.

De legitima tutela. Rubr. XXX.

LEX I.

a **AD auunculos.** [a] Ad euidentiam huius tituli, debes ſic ſcire quod tutela legitima defertur per eum modum per quem defertur hereditas. Poſtea ſciatis quod de iure antiquo agnati preferebantur cognatis in hereditate, ita etiam erat in tutela. Iſta lex eſt hodie correcta qꝛ hereditas hodie pariter defertur agnatis ⁊ cognatis, ita tutela pariter, ideo omnes admittuntur exiſtentes in eodem gradu. ⁊ vide aut. ſicut.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ad auunculos. Adde Bartol. in l. j. ff. eod. titu. ⁊ in l. fi. in fi. j. eod.

LEX III.

COnſtitutione. Hic facit mentionem quandam lege antiqua, quam nō habemus. Nam quedam lex erat que dicebat quod tutela deferebatur agnatis, ⁊ alijs, ſed tutela feminarum alijs.

LEX IIII.

1 ☞ Frater fratris quomodo tutor eſſe poſſit.

FRater. Hec bona lex breuiter dicit, Sicut frater emācipatus ad hereditatem fratris vocatur, ita ad tutelam legitimā. h. d. ¶ Aduerte, qꝛ facit multum ſcire de materia tutele legitime. Op. Inſt. de
a fidu. tut. [a] per totum tit. vbi appellatur tutor fiduciarius non legi-
1 timus. Sol. gl. † quod frater emancipatus eſt legitimus tutor fratris in poteſtate retenti, vt hic. Sed frater in poteſtate retentus erit fiduciarius tutor fratris emancipati, vt l. contra. ⁊ vide gl. ſed que eſt ratio diuerſitatis. Gl. non reddit, quinimo non poteſt red-
2 di, ⁊ ideo non eſt bona ſolutio. ¶ † Aduerte ergo quedam eſt tutela legitima ex verbis ⁊ ex mente legis xij. tabul. ⁊ illa que defertur inter agnatos, ⁊ de hac loquitur tit. de leg. agna. ſucceſ. Inſt. Quedam eſt tutela ex mente legis xij. tab. non verbis, vt illa que defertur patrono, nam de ea tutela nihil in l. xij. tab. erat cautum, ſed de hereditate ſic. Sed de mente legis eſt quod deferatur tutela ſecundum quod defertur hereditas, ergo ⁊c. Et de hac loquitur Inſti. de leg. patro. tutel. Quedā eſt tutela legitima que nō ex mente, nec ex verbis legis xij. tab. ſed ex extenſione propter identitatē rationis, vt tutela parentum, de qua loquitur titu. Inſt. de legiti. paren. tut. Nā per legem duodecim tabu. non fuit dictum neque de tutela, neqꝫ de hereditate quod pater filio ſuccedat, quia mēs ſua nō fuit de eo quod non cogitauit, neqꝫ directo, neque per conſequentiā, ſed qꝛ ſenatuſcōſultum Tertullianum inducit vt pater ſuccedat filio. ideo patri defertur tutela legitima ex ſenatuſconſulto, non ex l. xij. tab. ſed ex ratione eius extenſa per Iuriſconſultū. Ita loquit ff. eo. l. j. ij. ⁊ iij. que ponunt iſtos tres modos. Quedam eſt tutela que non defertur ratione ſucceſſionis legitime, ſed propter confidentiam perſonarum, quam habet lex, vt quod frater erat tutor fratris emancipati, antequam eſſet facta lex, que vocat eos inuicem ad ſucceſſionem ⁊ iſta vocatur fiduciaria tutela, que datur ꝓpter fiduciā quam habet de perſona, nō reſpectu ſucceſſionis. Ita loquitur tit. Inſt. de fidu. tute. ſed poſtquam fuit facta lex que vocat eos inuicem ad ſucceſſionē, illa eadem tut. que dicebatur fiduciaria, hodie dicitur legitima, per hanc legem. Eodem modo dico de tutela, que defertur cognatis, vt illa dicatur legitima per auth. de here. ab inteſt. §. ex his. poſita in l. j. §. eo. ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ De fid. tut. adde Bar. in l. iij. §. ſi parens. ff. eod.

LEX V.

a **NEmo neque.** Qui non eſt perfecte [a] etatis non poteſt alterius tutor eſſe, ſeu curator exiſtere. h. d. Uide gl. ſuper verbo, teneri, ⁊ vtrum minor accipiendo dotem poſſit obligare bona ſua ſine decreto iudicis. Gl. tangit in ſimili in l. item qꝛ. ff. de pactis. ⁊ ibi per Guliel. ego pleniſſime dico, in repetit. quam feci de l. ſi conſtante. ff. ſolu. matri. vide ibi, ⁊c.

ADDITIO.

a ¶ Perfecte. Sed ſi ſtatutum dicat quod ad tutelam non admittantur